



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae  
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica  
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè  
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

**Slotan, Johann**

**Coloniae, 1560**

**VD16 S 6745**

Liber Nonvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29875**

licamque doctrinam è medio tollant, sed tamen funesto exitu (quemadmodum omnes omnium temporum hæretici) disperibunt, neq; quod moluntur obtinebunt vnquam, adeò fortis est inuicta veritas. Hanc mihi fiduciam pepererunt, exitus præcedentium hæresum, atque pollicitatio Christi, qua nobis addixit, portas interi non præualituras aduersus ecclesiam Dei, maximè vniuersalem. Mats 26.

LIBER NONVS.  
CAPVT I.



**H**Aud est mi Cacodoxe of Vetustas  
Ecclesiæ.  
citanter prætereundum, quod D. Augustinus auctoritatem ecclesiæ, dicit vetustate esse firmatam. Nam ipsa vetustas, siue antiquitas, vel prioritas temporum, nostræ doctrinæ maximè attestatur, & eam veram esse confirmat, vestram autem tanquam nouitam & erroneam condemnat, apud nos veram esse Ecclesiam demonstrat, apud  
VOS



Ecclesia  
hactenus  
minime  
erravit.

IOANN. SLOT. GEF  
vos autem minimè. Nam nostra doctrina annis plus mille & quingentis antiquior siue vetustior est quàm vestra. Nec est verisimile, imò non est possibile, Christum sponsam suam ecclesiam (quam redemit sanguine suo) tot annorum curriculis deserere potuisse, qui olim synagogam vix septuaginta annis in Babylonica captiuitate dereliquit, præcipuè cum promiserit se mansurum cum Ecclesia vsque ad consummationem seculi. Non ergo credendum est, eum tam diu ecclesiam suam in errorum captiuitate dimisisse, donec exurgeret in Saxonia Martinus Luther, qui nobis è tertio (si dijs placet) cælo annúciaret, quod hactenus ecclesiæ non reuelasset spiritus sanctus. Quo quid absurdius atq; stolidius excogitari potest? maximè cum Christus ob id dederit spiritum sanctum, vt doceret omnem veritatem & promiserit eum nobiscum mansurum in æternum? Sed age (inquit Tertullianus in libro de præscrip. hæreticorum, nunc omnes errauerint, deceptus sit & apostolus de testimonio reddendo

DE  
do qui  
tus fan  
ret ad h  
stulatu  
tis, neg  
sti vica  
ter inte  
se per a  
risimile  
dem er  
tus vnu  
nem de  
quod a  
est erra  
illos er  
modo f  
error, c  
quos M  
berand  
peram  
lium pe  
perã m  
mata, p  
tot mi  
q; mar  
vt antè



DE RETI. FIDE ORT. 170

do quibusdam, nullam respexerit spiri-  
tus sanctus, vti eam in veritate deduce-  
ret ad hoc missus à Christo, ad hoc po-  
stulatus de patre, vt esset doctor verita-  
tis, neglexerit officiũ Dei villicus Chri-  
sti vicarius, sinens Ecclesias interim ali-  
ter intelligere, aliter credere, quod ip-  
se per apostolos prædicabat. Et quid ve-  
risimile est, vt tot ac tantæ in vnam fi-  
dem errauerint? Nullus iter multos euẽ-  
tus vnus exitus variasse debuerat ordi-  
nem doctrinæ ecclesiarum. Cæterùm  
quod apud multos vnum inuenitur, nõ  
est erratum. Audeat ergo aliquis dicere  
illos errasse qui tradiderunt? Quo quò  
modo sit erratum, tam diu vtiq; errauit  
error, quam diu hæreses non erant. Ali-  
quos Marcionitas & Valentinianos, li-  
beranda veritas expectabat. Interea per-  
peram euangelizabantur. Tot milia mi-  
lium perperã tincta, tot opera fidei, per-  
perã ministrata, tot virtutes, tot charis-  
mata, perperã operata, tot sacerdotia,  
tot ministeria perperã functa, tot deni-  
q; martyria pperã & in vacuũ. Quale est  
vt antè res Dei curent, quàm cuius Dei  
notum

Alias' ne-  
glexerit of-  
ficiu dei  
villicus  
Christi vi-  
carius,



IOANN. SLOT, GEF.

Gal. 1.

notū esset? Antè Christiani, quàm Christus inuentus? antè hæreses, quàm vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit, postremò similitudo successit. Cæterum satis ineptum, vt prior in doctrina hæresis habeatur, quoniam vel ipsa est, quæ futuras hæreses & cauendas prænunciabat. Ad eius doctrinæ ecclesiam scriptum est, imò ipsa doctrina ad ecclesiam suam scribit: Etsi angelus de cælo aliter euangelizauerit citra quàm nos, anathema sit. Vbi tunc Marcion, ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonice sectator? Nam constat illos, neque adeò olim fuisse Antonini ferè principatu & in catholicam penè doctrinam credidisse &cæt. Vbi tunc (rectè enim sic vestris dicimus) Martinus Lutherus? Vbi tunc Martinus Bucerus? Vbi tunc Zuinglius? Vbi Oecolampadius? Vbi cæteræ hæreticorum pestes? Nam constat illos, neque adeò olim fuisse, & adhuc plerosque esse, & in catholicam penè doctrinam credidisse, donec ob inquietam semper curiositatem

DE  
sitate  
bant, a  
DOXV  
vobis v  
cæterum  
que de  
si de reb  
dubium  
bis trib  
mus do  
Apostol  
menta a  
onem C  
cundū c  
viri vfi  
nihil ap  
rorum c  
clesia est  
tūm fe  
rum tra  
rum



DE RETI. FIDE ORTH. 171

fitatem, qua fratres quoque vicia-  
bant, ab Ecclesia eiectioni sunt. CACO  
DOXVS. Verbis quidem vendicatis  
vobis vetustatem siue antiquitatem,  
ceterum re ipsa eandem exhibere at-  
que demonstrare non potestis. Quod  
si de rebus rectè iudicare velletis, non  
dubium quin ipsam antiquitatem no-  
bis tribueretis. Nam & puram habe-  
mus doctrinam, qualem constat fuisse  
Apostolorum temporibus, & sacra-  
menta administramus, iuxta instituti-  
onem Christi, eorumque usum, se-  
cundum quod eis Apostoli apostoliciq;  
viri vsi sunt, habemus. Iam constat  
nihil apostolorum apostolicorumque vi-  
rorum doctrina nihilque hoc usu in Ec-  
clesia esse antiquius. Apud vos verè, tam-  
tum fermenti, tantumque humana-  
rum traditionum atque cæremonia-  
rum permixtum est doctrinæ  
vestræ, vt nullo modo de  
vetustate atque pri-  
sca Ecclesiæ do-  
ctrina gloria-  
ri possitis.

Z

Cap.



CAPVT II.

**O**RTHO. Huic tuæ obiectioni abundè satisfactum est, si memineris Cacodoxe lib. 3. & 4. in quibus demonstratum est satis, apud vos neq; puram sanamq; doctrinam esse, neq; etiam rectum sacramentorū vsum, imò (quod execrabilius est) ne ipsa quidem sacramenta integra, sed in sola Catholica ecclesia, vnde vos excidistis, & quam incessanter impugnare non cessatis. Vnde modò tuæ obiectioni amplius nihil respondeo, quàm ibi constat esse responsum. Quòd si rationes ibi allatæ, tibi non satisfaciunt, eas conuelle si potes, & respondebo tibi. Illud autem quale est, quòd gloriaris doctrinam vestrorum cum Apostolica conuenire, quasi non & hoc satis reuulsum sit. Attamen hoc loco vnica autoritate Tertulliani contentus ero, qui in lib. de præscript. hæreticorum sic habet. Ipsa doctrina eorum cum apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque apostoli alicuius autoris esse, neque apostolici, quia sicut Apostoli nõ diuersa inter se docuissent, ita & apostolici

DE  
stolici  
sent, n  
runt, &  
liquan  
nei & a  
diuersi  
de suo  
protuli  
pturaru  
deputa  
doctrin  
aliter  
aliter d  
næ. A  
ter doc  
docere  
simè in  
rum do  
ta, ex di  
nuncia  
esse, nec  
doctrin  
rumq;  
strorum  
thodox  
ga nõ s



stolici non contraria apostolis edidif-  
 sent, nisi illi qui ab apostolis descie-  
 runt, & aliter prædicauerunt. Et post a-  
 liquanta iterum ait: Vnde autem extra-  
 nei & apostolis inimici hæretici? nisi ex  
 diuersitate doctrinæ, quam vnusquisq;  
 de suo arbitrio aduersus apostolos aut  
 protulit aut recepit? Illic igitur ex scri-  
 pturarum & expositionum adulteratio  
 deputanda est, vbi diuersitas inuenitur  
 doctrinæ. Quibus fuit propositum  
 aliter docendi, necessitas instituit  
 aliter disponendi instrumenta doctri-  
 næ. Aliàs enim non potuissent ali-  
 ter docere, nisi aliter haberēt, per quæ  
 docerent. Hæc omnia eius verba rectif-  
 simè in vestros iaculamur. Nam vestro-  
 rum doctrina, cum apostolica compara-  
 ta, ex diuersitate & contrarietate sua, p-  
 nunciat, neq; Apostoli alicuius auctoris  
 esse, neq; Apostolici. Quia itaq; nostra  
 doctrina, & cū apostolorū apostolico-  
 rumq; virorum, & cū totius orbis magi-  
 strorum, conuenit, vera, apostolica, or-  
 thodoxa & catholica cēsetur, vestra autē  
 q̄a nō solū ab apostolorum apostolico-  
 rumq;



IOANN. SLOT. GEF.

rumque virorum doctrina discrepat, verum etiam sibi ipsi non constat, sed secum pugnat, ut non Catholica & apostolica tenenda est, sed ut erronea & haeretica, & est Christianorum finibus procul eliminanda. Sed de contrarietate vestrae doctrinae satis dictum esse existimo, quando de consensione colloquebamur. Qua temeritate itaque praesumitis vestram doctrinam apostolicam iactitare, quae ex diametro cum eorum doctrina pugnat? Qua fronte, quae fiducia, audetis etiam de ipsa vetustate siue antiquitate gloriari? qui ante annos triginta omnino incogniti fuistis? qui apud nos nati, apud nos baptizati, apud nos instructi & Christiani facti estis? Qui postea matri Ecclesiae (quae vos genuit, fouit, & aluit) ingrati effecti, instar viperarum in eam conuertistis dentes vestros, atque horrendo schismate dirupistis, haeresibusque perturbastis? Recte ergo cum Tertulliano mater ecclesia omnibus vobis dicit: *Qui estis? quando & vnde venistis? quid in me agitis non mei? Mea est olim possessio,*  
habeo

DE  
 habeo  
 bus, qu  
 postolo  
 to suo, f  
 iurauer  
 redauer  
 extrane  
 eronym  
 Cur pos  
 nos nite  
 profers  
 lus eder  
 em, sine  
 Christia  
 bus rati  
 tus, dica  
 nex ten  
 Et iteru  
 mi sente  
 esse per  
 data, vsq  
 audieris  
 à dño Ie  
 cupari, v  
 nos & c.  
 tichristi



DE RETI. FIDE ORTH. 173

habeo origines firmas, & ipsis autori-  
 bus, quorum fuit res: Ego sum hæres a-  
 postolorum. Sicut cauerunt testamen-  
 to suo, sicut fidei commiserunt, sicut ad-  
 iurauerunt, ita teneo. Vos certè exhæ-  
 redauerunt semper & abdicauerunt, vt  
 extraneos & inimicos. Item cum D. Hi-  
 eronymo ad Pammachium & Oceanū:  
 Cur post quadringentos annos docere  
 nos niteris, quod antè nesciuimus? Cur  
 profers in medium, quod Petrus & Pau-  
 lusedere noluerunt? Vsque ad hunc di-  
 em, sine ista vestra doctrina, mundus  
 Christianus fuit. His itaque & simili-  
 bus rationibus & autoritatibus permo-  
 tus, dicam cum Hieronymo: Illam se-  
 nex tenebo fidē, in qua puer nat⁹ sum.  
 Et iterum: Breuem tibi apertamq; ani-  
 mi sententiam proferam, in illa ecclesia  
 esse permanendū, quæ ab apostolis fun-  
 data, vsque ad diem hanc durat. Sicubi  
 audieris eos, qui dicuntur Christi, non  
 à dño Iesu Christo, sed à quoq; alio nū-  
 cupari, vtpote Marcionitas, Valentinia-  
 nos &c. scito nō ecclesiā Christi, sed an-  
 tichristi esse synagogā. Ex hoc em̄ q̄ po-

F. crepat, stat, sed a & apo ea & hæ bus pro- etate ve- e existi- illoque- e præsu- stolicam eorum quæue fi ultate fi e annos stis? qui ati, apud sti estis? e vos ge- ecti, in- istis den hismate urbaltis? ater ec- ui estis? n meo a- ossessio, habeo



IOANN. SLOT. GEF.

stea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciavit. Vnde (quæadmodum Tertullianus in li. de præscrip. hæret. ait) satis ineptum, ut prior in doctrina hæresis habeatur, vel quoniam ipsa est, quæ futuras hæreses & cauendas prænunciabat. Non ergo solis verbis, sed re ipsa antiquitatem siue vetustatem nobis vendicamus, præscribimusque vobis, eò quòd plusquàm mille & quingentis annis doctrina nostra fuerit ante vestram. Rectè ergo & prudenter feceris optime Cacodoxe, si Vincentij Lirinensis consilium sequutus fueris, qui in lib. aduersus prophanas hæreseon nouationes sic habet: In ipsa catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus quòd semper ab omnibus creditum est, hoc autè fiet, si sequamur antiquitatem. Sequemur autem antiquitatem ita, si ab his sanctis nullatenus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est. Quòd si nouella aliqua contagio, nõ iã portiunculã tm̃, sed totam pariter Ecclesiã cõmaculare conetur,

DE  
netur  
inhære  
ab vlla  
si huic  
non es  
delapsa

R  
sa  
das oue  
minus  
tem ep  
dotum  
tholica  
ipsa mu  
sum ec  
stremo  
dirigan  
sum ca  
sa, inte  
sia sola  
se cath  
peregr  
ueniat  
licam s  
dere. V



netur, tunc prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quòd si huic consilio obtemperatum fuisset, non esset Germania ad tantam miseriam delapsa.

## CAPVT III.

**R**ecenset deinde D. August. ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionem suam dominus commendauit) vsq; ad presentem episcopatum, successorem sacerdotum, quæ eum in gremio ecclesiæ catholicæ detinuerit. Verum quoniã de ipsa multa dicta sunt lib. 2. cap. 5. ad ipsum ecclesiæ catholicæ nomẽ, quod postremo loco nominat, sermonem nostrum dirigamus: Tenet (inquit) postremò ipsum catholicæ nomẽ, quod nõ sine causa, inter tam multas hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, vt cū omnes hæretici, se catholicos dici velint, quærenti tamẽ peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, vel Basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Vnde etiam in lib. de vera religione



IOANN. SLOT. GEF.

c.7. Tenēda est nob. (inquit) Christiana religio, & ei⁹ Ecclesiæ cōmunicatio, catholica est, & catholica nominatur, non solū à suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintue, ipsi quoque hæretici & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quàm catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab vniuerso orbe nuncupatur. Hactenus ibi. Nunc itaq; principiò videamus, quid ipsum nomen catholicæ significet. Ecclesia catholica (vt habet Diuus Augustinus in epistola 107.) Græcè appellatur, quòd per totum orbem terrarum diffunditur, & quòd (vt idem habet in libro de Genesi ad literam imperfecto capite 1.) vniuersaliter perfecta sit, & in nullo claudicet. Non enim ecclesia in angustias cogenda est, & speluncas hæreticorum, aut ad angulos terræ, sed dilata & diffusa est, per totum terrarum orbē, vt frequētissimè D. August. probat aduersus Donatistas. Iam tu mihi ex-

**Ecclesia  
cur catho-  
lica nun-  
cupatur**

pende

DE R  
pende Ca  
clesia cat  
at, nostra  
siæ doctri  
sit suscep  
& perspic  
nostræ ca  
autem ver  
thanæ. Et  
duntaxat  
Germani  
nitimis, q  
occupauit  
huc pluri  
nim, pui  
vbi sectar  
ci præual  
principa  
numerus  
rant, quā  
cos defec  
sentiunt  
inter illo  
nentur a  
quod ser  
rent, heu



pende Cacodone, & dispice, vtra Ecclesia catholice nomen iustius obtineat, nostra ne an vestra, vel vtrius ecclesie doctrina, per totum terrarum orbem sit suscepta, atque etiamnum teneatur, & perspicuum tibi esse poterit, ecclesie nostrae catholice nomen conuenire, non autem vestrae, sed esse synagogam sathanæ. Etenim vestra doctrina docetur duntaxat in Saxonia, & alijs plerisque Germaniæ prouincijs & nonnullis finitimis, quas tamen non ita ex integro occupauit, quin ibi reperiantur adhuc huc plurimi catholici. In illis ipsis etenim prouincijs, vbi lutheranismus viget, vbi sectarij dominantur, vbi schismatici præualent, vbi hæretici regnant atque principantur, auctior adhuc est illorum numerus, qui in fide catholica perseuerant, quam illorum qui ab ea ad hæreticos defecerunt, si liberè possent quod sentiunt confiteri. Sunt namque multi inter illos, qui in specie quidem detinentur ab illis, sed si liberum esset eis quod sentiunt profiteri, ilico exclamarent, heu heu quod cum scorpionibus

Z 5 habi-

Ecclesie  
catholice  
nomen Lu  
theranis  
conueni  
re non po  
test,



IOANN. SLOT. GEF.

habitate cogimur. Et quis nos liberabit à contagione & grauissimo iugo hominum istorū? Hi nunc gemunt & lachrymantur, comedentes in amaritudine panem suum, suspirantes ac anhelantes ad saluatorē qui eripiat eos. Nec omnino frustrabūtur spe sua, aderit enim quandoque dominus & exaudiet clamantes ad se die ac nocte, facietque vindictam electorum suorum. De his veritatē habet diuinū responsum Helyæ factum: Reliqui (inquit) mihi septem milia, qui non curuauerunt genua ante Baal. His iam Catholicis, adhuc Babylonica captiuitate oppressis, iūge fideles cunctos per vniuersum mundum, per plurimas adhuc germaniæ prouincias, per Galliam, Hungariam, Poloniam, Italiam, Siciliam, Hispaniam, Portugalam, Indiam iam recens à Carolo V. inuentam, & alias adhuc quamplurimas Prouincias, & (nisi sensu communi careas) intelliges, quam ipsum Catholicæ nomen vestrę synagogæ minimè conuenire possit.

3. Reg. 19  
Rom. 11.

Ca-

DE

CAC  
mu  
admodum  
fam magi  
vocati, pa  
qui ingre  
fam, quæ  
autem qu  
vitam æt  
id est, o  
aquam, c  
multis, di  
enim est  
ORTHO  
communi  
dine sup  
te conuen  
ris viam,  
causa faci  
paucitate  
uadet, v  
onibus tu  
sed Cres  
nullorum  
D. Aug



## CAPVT III.

**C**ACOD. Paucitas nostrorum ad multitudinē vestrorum (de qua admodum gloriaris) collata, nostrā causam magis commēdat. Nam multi sunt vocati, pauci verò electi. Et multi sunt qui ingrediuntur, viam latam & spaciosam, quæ ducit ad perditionem, pauci autem qui angustam, quæ perducit ad vitam æternam. Et in archa Noe pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, cæteris omnibus, quantumuis multis, diluuiο pereuntibus. In paucis enim est veritas, errare multorum est.

**ORTHOD.** Quia vides te totius orbis communionē vniuersitate ac multitudine superatum, ad tergiuersationes te conuertis, aliamque elabendi quæris viam, quæ profectò nihil pro tua causa facit. Nam quàm vanè vestros de paucitate commendes, manifestum euadet, vbi fuerit responsum obiectionibus tuis, quæ reuera tuæ non sunt, sed Cresconij Petiliani & aliorum nullorum hæreticorū, aduersum quos D. Augustinus multis in locis disputat.

Hæretici  
nonnun.  
quam pau  
citate se  
commen-  
dant.  
Matt. 20  
Matt. 7  
1. Pet. 3



IOANN. SLOT. GEF.

tat. Et certè poteris multo plures ex eiusdem voluminibus (in quibus aduersariorum ratiocinationes recitat & refellit) producere, nimirum ex lib. eius de vnitae Ecclesiæ, contra epist. Petilianæ cap. 12. vbi etiam cap. 13. obiectionum solutiones legere poteris, vt opus non esset alia responsione. Et certè aliam à me responsionem nolim te expectare, quàm ab eodem beatissimo patre datam si legisti, cognoscis. Illud itaque quod primo loco adduxisti ex parabola saluatoris, quæ est de operarijs in vinea domini laborantibus, in qua asserit, multos esse vocatos, paucos verò electos, quasi vester grex numerus ille sit electorum in superna fœlicitate locandus, dissoluit D August. li 3 contra Cresconium grammaticum cap. 66. Illud quoque quod secundo loco pro te attulisti, magis causæ tuæ obesse quàm prodesse statim intelliges. Nam quum dixisset dominus, paucos esse qui inveniunt angustam portam, & arctam viam, ne vos commendaretis nomine paucitatis, statim subiecit: Attēdite à falsis proph-

Matt. 7

DE P  
phetis qui  
tis ouium  
rapaces. C  
cunt se ill  
tos, sed po  
tentur. O  
praphetas  
cauendos,  
vita ac do  
Nam Chri  
dixit, qui  
non solùm  
aliis eam d  
sam viam c  
am alios ac  
hūm inuit  
Porro quò  
phetis sit le  
esse potest  
porta & lat  
tinuo: Att  
quòd illi r  
cta & augu  
viam spaci  
Quod vest  
eos qui arē



phetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. CACO. Sed nostri non agnoscunt se illis verbis saluatoris designatos, sed potius veros prophetas se esse fatentur. ORT. Vestros esse illos Pseudo prophetas, quos Christus prædixit esse cauendos, & ex verbis saluatoris, & ex vita ac doctrina eorum comprobatur. Nam Christus falsos prophetas esse prædixit, qui viam illam arctam & angustam, non solum non ingrediuntur, sed etiam aliis eam dissuadent, nec latam & spaciosam viam currunt duntaxat, verum etiam alios ad secum currendum non solum inuitant, sed etiam pertrahunt. Porro quod de eiusmodi falsis prophetis sit loquutus vel hinc dilucidum esse potest, quod statim ubi de arcta porta & lata via differuisset, adiecit continuo: Attendite à falsis prophetis &c. quod illi nimirum essent, qui à via arcta & angusta populum auocant, & ad viam spaciosam ambulandum alliciunt. Quod vestri strenuè perficiunt. Nam eos qui arctam illam viam capeffere student,

Pseudo-  
prophetæ  
qui.  
Prophetæ  
falsi sunt  
Lutherani



dent, auertunt & impediunt, & per viam illam spaciosam, quæ ducit ad perditionem, ducunt & seducunt, præcipitemq; sibi suisq; sequacibus, semitam ad inferos sternunt. Cæterum si cupis nosse quid D. Aug. huic obiectioni respondeat, vide eundem lib. contra Secundinum Manichæum cap. vlt. Et lib. 2. contra literas Petiliani cap. 45. Et in lib. de vnitae Ecclesiæ contra epist. Peti cap. 13. CACO. Quantum conijcio idcirco nostros falsos illos prophetas vis esse designatos, quòd latam illam viam prædicent, & arctam auersentur, hoc est quæ prædicent, quæ sensui grata sunt, & habenas permittant vitij. Quod quàm longè sit à vero, nouerunt qui eorum libros legunt. ORTHO. Pleriq; vestrorum in libris suis, tantam præ se ferunt sanctimoniam, tantam puritatem, innocentiam, ut putes angelos nõ homines esse, quod proculdubio eo animo faciunt, ut facilius incautis imponant. At dum ad populum declamant, Stentorea voce plenisque buccis omnia bona reijciunt, docentes vanas esse orationes, ieiunia, opera

Luthera.  
norum do  
mata.

DE  
pera bona  
tem, sola  
re, imò i  
peccare, v  
lum delect  
calibatam  
repugnare  
similia per  
strorum d  
cionibus  
& sparger  
populariu  
serunt, v  
timorem d  
iecerint?  
ciuire, or  
pitudini,  
insuper &  
ac subsann  
& DEO  
miam voce  
illi, à sui  
runt, in  
honestatis  
quum fin  
tores, vna



pera bona non esse necessaria ad salutem, solam fidem ad salutem sufficere, imò iustum in omni opere bono peccare, vota non esse reddenda, nullum delectum ciborum habendum, calibatam esse impossibilem, vota repugnare & displicere Deo, & his similia permulta. An non hæc sunt vestrorum dogmata, quæ libellis & concionibus ad populum euulgarunt, & spargere non cessant, atque adeo popularium suorum animis imprefserunt, ut omnem honestatem, Dei timorem & conscientiam prorsus abiecerint? Quibus non satis est lasciuire, omnique sese mancipare turpitudini, nihilque boni facere, nisi insuper & opera bona contemnant ac subsannent, & quæ honesta sunt & DEO grata, ineptias & blasphemiam vocent. Atque hæc populares illi, à suis concinatoribus didicerunt, in quibus etiam nullum honestatis vestigium apparet, qui quum sint professionis suæ desertores, vna cum cuculla, omnia pariter

ter



## IOAN. SLOT. G EF.

ter bona, omnem penitus honestatem atque conscientiam deposuisse videntur, qui eo impudentiæ atque dementiæ venerunt, vt omnia quæ prius in catholica Ecclesia fecerunt bona, nempe quòd celebrauerunt missas, quòd vouerunt, quòd ieiunauerunt, quòd orauerunt & similia quæ fecerunt, nunc penitus reijciant, atque opera asserant esse hypocritica, imò quod grauius est & intolerabilius, ipsius esse audent affirmare inuenta diaboli. An non hæc omnia sensualitati grata sunt & accepta? An nõ hoc est ingredi viã latam & spatiosam? Nõne hoc est omnibus aperire fenestram faciendi quicquid libet? Proinde rectè depinxisse eos videtur D. Hiero. lib. 2. aduersus Iouinianum cap. vltimo, vbi & ipsum Iouinianum & sectatores illius carpit, dicens: Raro ieiunate, crebrius nubite. Non enim potestis implere opera nuptiarum, nisi mustum & carnes & nucleum sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem. Citò caro cõsumpta marcescit. Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo bap-  
tiza-

DE

tizatus est  
enim ad  
nuptiarum  
tegrabit  
smate fui  
tentia sol  
putantes  
aliquid in  
dum dare  
tollere. V  
ad dexter  
calorum.  
storibus  
plurimas  
infanient  
tim vt mu  
impatien  
rarum sol  
liercule m  
ceptoris s  
nisi semẽ  
dicitiam,  
derunt, n  
dunt libio  
preterea i  
turiatos, h







IOANN. SLO. GEF.

fidijs, crassos, comptos, nitidos clamatores, qui te pugnis calcibusque defendant, Tibi cedunt de de via nobiles, tibi osculantur diuites caput, Nisi enim tu venisses, ebrij atque ructantes paradysum intrare non poterant. Maeste virtute, imò vitijs, habes in castris tuis, & amazonas exerta mamma, & nudo brachio & genu, venientes contra se viros, ad pugnam libidinum prouocantes, haec tenus ille Iouinianum eiusque sectatores describens. Porro quum longe maior ad vitia libertas vestris permittatur, quibus tam largiter laxantur habentæ, ad omnem lasciuiam & petulantiam, ita vt nulla pietas, nullus mæus, nullusque pudor amplius teneat vestros, & hoc vitio eroum qui populum seduxerunt, eique (que præmissimus) persuasere, nonne iustissimè dicimus vestros esse falsos prophetas, qui arctam viam detrectantes, latam & spaciosam ingrediuntur, & alios secum ad ambulandum eandem aliciunt & pertrahunt? Caco. Etiam apud vos plurimi sunt, qui latam capessant viam & vitijs eisdem & fortè graui-

DI

grauior  
Fatemu  
dunt, ne  
sed acrit  
pro viril  
re, & viar  
pessere &

Sed iam  
Sectioni  
de quod  
Noe pauca  
tas, cæter  
diluuiop  
sa facit. N  
stinus epi  
stam scrib  
sus es à iu  
neas, quib  
se non dic  
tiam, præ  
nati, & cu  
sa commo  
& à mudi  
cū ignore  
bis inaudi



gravioribus obnoxij sunt ORTHO. Fatemur, verum nostri ea non defendunt, neq; tanquam bene facta excusant, sed acriter ea insectantur, & populum pro virili admonent ab eisdem abstinere, & viam illam arctam poenitentiae capeffere & prosequi.

## CAPVT V.

SEd iam tempus est, vt reliquis obiectionibus tuis respondeam. Proinde quod tertio loco dixisti, in archa Noe paucos, id est, octo animas saluatas, caeteros omnes quatumuis multos, diluuiio perijisse, etiam nihil pro tua causa facit. Nam (quemadmodum D. Augustinus epist. 48. ad Vincentium Donatistam scribens inquit) adhuc longè prorsus es à iustitia, donec ad septem remaneas, quibus tu sis octauus, iustum te esse non dicimus, si tamen non istam iustitiam, præripuit aliquis ante partem Donati, & cum suis septem iusta aliqua causa commotus, se longè alibi separauit, & à mundi huius diluuiio liberauit. quòd cum ignoretis an factum sit, atque ita vobis inauditum, sicut multis populis Christiano-



IOAN. SLOT. GEF.

Christianorum in longinquis terris constitutorum, nomen Donati inauditum est, incerti estis ubi sit Ecclesia. Ibi enim erit, ubi primum forsitan factum est, quod postea vos fecistis, si potuit esse vlla iusta causa, qua vos à communione omnium gentium separare possetis. Hactenus ille. Hæc omnia contra vos iustissime dicuntur, si tantummodo pro parte Donati, ponamus partem Lutheri. Porro quod ultimo loco, in paucis (inquis) esse veritatem, errare multorum esse, non ex teipso inuenisti, sed à Cresconio Grammatico mutuasti, qui id ipsum D. Augustino obiecit, ut est videre apud D. Augustinum lib. 3. contra Cresconio Gramma. ca. 66. & lib. 4. cap. 52. ubi etiam inquit: Responde tu, si placet aliquid veri respondere, & quomodo implebitur quod scriptum est: Filius malus ipse se iustum dicit: exitum autem suum non abluit. Et iterum: In paucis (inquis) frequenter est veritas, errare multorum est, non intelligens quomodo à domino dictum sit, paucos intrare per angustam portam cum & multos dixerit ab oriente & occi-

In paucis esse veritatem, quomodo intelligendum sit.

DE  
occiden  
Isaac &  
strentur  
milia car  
rare poss  
per seip  
paration  
bolo pu  
ta diuini  
per totu  
sociata, v  
reticoru  
palea sua  
æstus & t  
ultima v  
quemad  
conio re  
sam Don  
obijcien  
quenter  
est, perm  
vobis sun  
superent  
in comp  
Catholic  
riari, sicu



DE RET FIDE ORT. 181

occidente recubituros cum Abraham, *Matt. 7*  
 Isaac & Iacob. Sed in Apocolypsi demō *Matt. 8*  
 strentur ex omni gente, tribu & lingua *Apoca. 7*  
 milia candidatorum, quæ nemo nume-  
 rare possit. Qui profectō & multi sunt  
 per seipfos, vt idem ipsi pauci sunt in cō-  
 paratione longè plurium, qui cum dia-  
 bolo puniendi sunt. Quæ tamen frumē  
 ta diuinis in æternum horreis destinata,  
 per totum mundum dilectiōis vnione  
 sociata, vel ab scandalis & violentijs hæ-  
 reticorum, siue ab interiore tanquam  
 palea sua, multis non rectè viuentibus,  
 æstus & trituram huius sæculi tolerant,  
 vltima ventilatione purganda. Porrō  
 quemadmodum deinde D. Aug. Cres-  
 conio respondet, Maximianensium cau-  
 sam Donatistis (à quibus sese diuiserāt)  
 obijciens & dicens: Si em̄ in paucis fre-  
 quenter est veritas, & errare multorum  
 est, permitte vt Maximianēses, quanto  
 vobis sunt impares paucitate, tantō vos  
 superent veritate. Non facis. Noli ergo  
 in comparatione multitudinis gentiū  
 Catholicarum, de vestra paucitate glo-  
 riarī, sicut non vis vt Maximianenses,



IOANN. SLOT. GEF.

in comparatione multitudines vestrae,  
de sua paucitate glorientur. Sic etiam  
tibi modo respondere possum. Si in pau-  
cis frequenter est veritas, & errare mul-  
torum est, permitte vt Anabaptista, aut  
Zuingliani, quanto vobis sunt impa-  
res paucitate, tantò vos superent verita-  
te. Non facis. Nam Lutherani Anaba-  
ptistas & Zuinglianos detestantur. No-  
li ergo in comparatione multitudinis  
gentium Catholicarum, de vestra pau-  
citate gloriari, sicut non vis vt Anaba-  
ptista aut Zuingliani, in comparatione  
multitudinis vestrae, de sua paucitate  
glorientur. Aut si gloriari vis, dicam  
tibi, qualis sit paucitas vestrorum com-  
parata ad multitudinem gentium Cato-  
licarum, vtique talis, qualis erat Cho-  
re Dathan & Abyron & complicum  
eorum paucitas collata cum multitudi-  
ne aliorum Iudæorum. Miror autem  
quor non adduxeris etiam illud, qd Vin-  
centius Donatista & Rogatista pro se.  
D. Augusti. opposuit. Hic nempe cum  
suis, cum essent paucissimi (nam 9. vel  
10. duntaxat fuisse Diuus Augustinus  
asserit,

Num 16

Rogatista.  
rum gregi-  
culus.

DE  
asserit, it  
citatem  
appellat  
fidem in  
orbis co  
ne præc  
atque or  
etiam di  
iustos es  
se simula  
Paganis  
perialib  
quemad  
uum Au  
cétium,  
Non tim  
bi est qu  
stram in  
sterilis q  
quæ non  
desertæ  
rum pra  
stianoru  
Christi l  
cine illi  
sti sume



asserit, ita ut eorum cœtum propter paucitatem, non gregem sed gregiculum appellandum existimaret) Catholicam fidem interpretabatur, non ex totius orbis communione, sed ex obseruatione præceptorum omnium diuinorum, atque omnium sacramentorum. Qui etiam dicere audebant, ideo magis se iustos esse, quia pauci essent, qui vereri se simulabant, nomen DEI à Iudæis & Paganis blasphematum iri, quando imperialibus legibus ad vnitatem cogebantur. quemadmodum est videre apud Diuum Augustinum epistola 48. ad Vincentium, ubi in hæc eis verba respondet: Non timetis, ne vobis dicant Iudæi: Vbi est quod Pau. vester, Ecclesiam vestram intelligit, ubi dictum est: Lætare sterilis quæ non parit, erumpe & clama **Gala. 4** quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum præponens multitudinem Christianorum, multitudini Iudæorum, si Christi Ecclesia est paucitas vestra. nocine illis dicturi estis. Ideo magis iusti sumus, quia pauci sumus. Nec

a 4 atten



IOANN. SLO. GEF.

attenditis eos responsuros, quodlibet vos esse dicatis, nō tamē estis illi de quibus dictū est, Multi filij desertæ, si tam exigui numero remansistis. Hæc ille. Vobis etiā iure dici potest, vestrā multitudinem, dici non posse ecclesiam, quia quamuis vestrum multi sint, multitudine tamen nequaquam superatis Iudeos, per vniuersum orbem sparsos. Quapropter quicquid dixeritis, siue in multitudine, siue in paucitate fueritis gloriati, inanis erit gloriatio vestra, neque efficere vnquam poteritis, vt communem vobis totius orbis vendicare possitis, aut Catholicæ Ecclesiæ nomen & rem vobis vsurpare.

CAPVT VI.

**C**ACOD. Quanquam vestri superent nostros multitudine (id em̄ inficiari nequeo) tamē cum videamus nostrorum numerum quotidie augeri, pluresque in dies nostræ doctrinæ adherere, futurum, credendum, atque sperandum est tandem, nostrorum numerum ita paulatim augmentandum, vt vestri nostris collati pauci sint futuri.

DE I  
turi. O  
tholica  
dine, sed  
quæ per  
ditur, &  
(vti vestr  
nemus ti  
augment  
merum f  
& ridicu  
lium at  
num, vn  
riari? Nar  
ribus & r  
cijs exce  
uersum  
vanum  
que indi  
ari, D. Cy  
sit, dicen  
lorum. M  
um, quã  
tus est de  
Fili, ne i  
tiplicent  
Dei in ip



DE RETI. FIDE ORTH. 183

turi. ORT. Non est intelligendū Catholicam Ecclesiam consistere multitudine, sed vniuersitate & communionē, quæ per totum terrarum orbem diffunditur, & non ad vnum terræ angulum (vti vestra secta) est coarctata. Et vt donemus tibi, vestrorum numerum adeo augmentandum, vt catholicorum numerum superet, nonne planè friuolum & ridiculum erit, de multitudine carnalium atque indisciplinatorum hominum, vnius aut alterius prouincię gloriari? Nam etiam si adeo excreueritis viribus & numero, vt nos in his prouincijs excedatis, nunquid fideles per vniuersum orbem superabitis? Porro quā vanum sit de multitudine carnaliū atque indisciplinatorum hominum gloriari, D. Cyprianus lib. 1. epistola 3. exp̄fit, dicens: Non attendas numerum illorum. Melior est enim vnus timēs Deum, quàm milia filij impij, sicut locutus est dominus per Prophetam, dicens: Fili, ne iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipsis. Ne gloriaris (inquit D. Hi-

Gloriari  
vanum est  
de multi-  
tudine car-  
naliū ho-  
minum.

Eccle. 16



IOAN SLOT GEF.

eronymus scribēs aduersus Iouinianū  
 Christianorum Epicurum li. 2. cap. vlti  
 mo) quòd multos discipulos habeas, Fi  
 lius Dei docuit in Iudæa, & duodecim  
 illum tantum à postoli sequebantur so  
 li. Torcular, inquit, calcaui solus, & de  
 gentibus vir non est mecum. Ille in pas  
 sione solus remansit, & Petri quoque  
 erga eum trepidauit constantia. Phari  
 sæorum autem doctrinæ, omnis popu  
 lus applaudebat, dicens: Crucifige, cru  
 cifige talem. Non habemus regem nisi  
 Cæsarem, id est, vitia sequimur, non  
 virtutes, Epicurum non Christum, Io  
 uinianū, nō apostolum Paulum. Quòd  
 multi acquiescunt sententiæ tuæ, indi  
 cium voluptatis est. Non enim tam te  
 loquentem probant, quàm suis fauent  
 vitijs. In circulis platearum quotidie fi  
 ctus ariolus, stultorum nates verberat,  
 & obtorto fuste dentes mordentiū  
 quatit, nec tamen deest qui semper pos  
 sit induci, & pro magna sapientia repu  
 tas, si plures porci post te currant, quos  
 gehennæ succidiæ nutrias? Post præco  
 nium tuum & balneas, quæ viros pari  
 ter

DE  
 ter & fo  
 tia, quæ  
 si verec  
 est & ex  
 rant, nu  
 sti tales  
 fecit do  
 tentiam  
 ertius in  
 bit mult  
 tica ad B  
 trā, ab ac  
 ticam su  
 Cuius ra  
 libro 3. c  
 disciplin  
 cæterorū  
 ferat, sec  
 men vol  
 in vitia  
 multitu  
 gnis qui  
 fidiosun  
 popular  
 prohibe  
 grum ex



ter & fœminas lauant, omnis impatien-  
 tia, quæ ardentem prius libidinem qua  
 si verecundię vestibibus tegebat, nudata  
 est & exposita, quæ ante in occulto e-  
 rant, nunc in propatulo sunt. Ostendi-  
 sti tales discipulos, non fecisti. Hoc pro-  
 fecit doctrina tua, vt peccatum ne pœni-  
 tentiam quidem habeat. Diogenes La-  
 ertius in li. de vitis philosophorum scri-  
 bit multos defecisse à schola peripathe-  
 tica ad Epicurum, neminem tamen con-  
 trà, ab academia Epicuri, ad Peripathe-  
 ticam siue Stoicam academiam venisse.  
 Cuius rationem Lactantius Firmianus  
 libro 3. cap. 17, reddens: Epicuri, inquit,  
 disciplina multo celebrior fuit, quàm  
 cæterorum: non quia veri aliquid ad-  
 ferat, sed quia multos ad populare no-  
 men voluptatis inuitat. Nemo enim nõ  
 in vitia pronus est. Præterea vt ad se  
 multitudinem contrahat, apposita si-  
 gnis quibusque moribus loquitur. De  
 fidiosum vetat literas discere, avarum  
 populari largitione liberat, ignauum  
 prohibet accedere ad rempublicam, pi-  
 grum exercere, timidũ militare. Irreli-  
 giosus

Epicuri  
 disciplina  
 qualis fue-  
 rit.



IOANN. SLOT. GEF.

giosus audet deos nihil curare, inhumanus & suis commodis seruiens, iubetur nihil cuiquam tribuere. Omnia enim sui causa facere sapientem. Fugienti turbam, solitudo laudatur. Qui nimiū parcus est, discit aqua & polenta vitam posse tolerare. Qui odit vxorem, huic enumerantur cœlibatus bona, habenti malos liberos, orbitas prædicatur. Aduersus impios parentes, nullum esse vinculum naturæ, impatienti ac delicato, dolorem esse omnium malorum maximū dicitur, forti etiam in tormentis beatū esse sapientem. Qui claritati ac potentia studet, huic præcipitur reges colere. Qui molestiam ferre non potest, huic regiam fugere. Imò homo astutus, ex varijs diuersisque moribus circulū colligit, & dum studet placere omnibus, maiore discordia secum ipse pugnavit, quàm inter se vniuersi. Huius consiliū etiam vestri cõcionatores sequuti sunt, quo ad se plures pertraherent. Nam loquuntur hominibus placentia, quibus vident errores à quibus auferunt viam. Qui dicunt videntibus, nolite videre, &

Luthera-  
norum cõ-  
cionato-  
res Epicu-  
ri discipli-  
nā sequu-  
ti sunt,

DE  
& aspici  
recta su  
mus loc  
tæ dulci  
placent.  
us: Pop  
seducun  
rum con  
am: Fugi  
uate vnu  
lite cred  
cunt, pax  
per inge  
plum do  
tibi falsa  
iniquita  
prouoca  
am vt cib  
uerunt. I  
phetæ du  
assignata  
us ad se p  
dit, dicer  
am prædi  
In azym  
tis, domi



DE RETI. FIDE ORTH. 185

& aspicientibus, nolite aspicere ea quæ  
recta sunt. Semper (inquit D. Hierony-  
mus loco prius citato) pseudoprophe-  
tæ dulcia pollicentur, & ad modicum  
placent. Vnde per Esaiam loquitur De-  
us: Populus meus qui vos beatificant, **Esa. 301**  
seducunt vos, & semitas pedum vestro-  
rum conturbant. Nec non per Hieremi-  
am: Fugite de medio Babylonis, & ser-  
uate vnusquisque animam suam, & no-  
lite credere pseudoprophetis, qui di-  
cunt, pax pax, & non est pax: qui sem-  
per ingeminant Templum domini, té-  
plum domini, prophetæ tui viderunt  
tibi falsa & insipientia, non aperuerunt  
iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiã  
prouocarent, qui deuorant plebem su-  
am vt cibum panis, Deum non inuoca-  
uerunt. Porrò causam quare pseudo, p-  
phetæ dulcia polliceantur, præter iam  
assignatam (quæ est vt populum facili-  
us ad se pertrahant) aliam ibidem red- **Pseudo cõ**  
dit, dicens: Amara est veritas, & qui e- **cionatori**  
am prædicant, replentur amaritudine. **bus cur**  
In azymis enim synceritatis & verita- **plures auf-**  
tis, domini pascha celebratur & cum a- **cultent.**  
**a Cor, 5**  
mari-



IOANN. SLOT. GEF.

maritudinibus comeditur. Hieremias captiuitatem nuncians, lapidatur à populo. Ananias filius Azor, frangebatur ad præfens ligneas torques, & in futurum ferreas præparabat. Cæterùm quæ plurimi vera & Catholica doctrina despecta atque derelicta, aures libenter accommodent pseudoconcionatoribus, eosque sequantur, in causa est mortalitatis nostræ corrupta natura, quæ semper præsto est, malarum suggestionum femina suscipere, susceptaque fouere & ea per operamala, quasi in segetem mortiferam celeriter excitare. Et etiam (vt Lactantius lib. i. cap. i. inquit) quia pauci sunt, qui vtuntur cœlesti beneficio ac munere, quod obuoluta in obscuro veritas latet, eaque vel cõtemptui doctis est, quia \* assertoribus eget vel odio indoctis, ob insitam sibi austeritatẽ, quã natura hominum procliuis in vitia, pati non potest. Nam quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia verò voluptate condita sunt, illa offensi, hac delinuti feruntur in præceps, ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur.

al. asserti-  
onibus.

DE  
tur. Et  
ii. de qu  
pulosior  
nisi quia  
ralia bon  
quamuis  
cupitur,  
bor pro  
amore v  
qui visib  
untur, q  
nant. Et  
Paulo: C  
quæ aut  
latet qu  
virtutum  
mus, & f  
git, quoc  
Bernard  
rea dicit  
re, eò qu  
liquidò v  
pro ea re  
militudi  
ro à vero  
aquæ fun



tur. Et sanctus Papa Leo in Sermonē  
 ii. de quadragesima: Vnde, inquit) po-  
 pulosior est via læua, quàm dextera,  
 nisi quia ad mundana gaudia, & corpo-  
 ralia bona, multitudo procliuis est? Et  
 quamuis caducū incertumq; sit quod  
 cupitur, libentius tamen suscipitur la-  
 bor pro desiderio voluptatis, quàm pro  
 amore virtutis. Ita quum innumeri sint  
 qui visibilia concupiscant, vix inueni-  
 untur, qui temporalibus æterna præpo-  
 nant. Et ideo dicente beato apostolo  
 Paulo: Quæ videntur temporalia sunt, *2. Cor. 4.*  
 quæ autem non videntur, æterna sunt, *Rom. 8.*  
 latet quodammodo & in abscondito est  
 virtutum via, quoniam spe salui facti su-  
 mus, & fides vera id super omnia dili-  
 git, quod nullo sensu carnis attingit. *D.*  
 Bernardus serm. 33. super Cant. propte-  
 readicit multos ad hæreticos conflue-  
 re, eò quòd ibi non sit perspicua lux, vt  
 liquidò veritas cognoscatur, facileque  
 pro ea recipitur falsitas propter verisi-  
 militudinem, quæ non facilè in obscu-  
 ro à vero discernitur, præsertim quia  
 aquæ furtiua dulciores sunt, & panis  
 abscon-



IOANN. SLOT. GEF.

absconditus suauior. Non ergo nos mouere debet (inquit D. August. in lib. de catechizandis rudibus cap. 19.) quia multi diabolo consentiunt, & pauci deum sequuntur, quia frumentum in cōparatione palarum, valde pauciozem habet numerum. Sed sicut agricola nouit, quid faciat de ingēti aceruo paleę, sic nihil est Deo multitudo peccatorū, qui nouit quid de illis agat, vt administratio regni eius, ex nulla parte turbetur atque turpetur. Nec ideo putandus est vicisse diabolus, quia secum plures cum quibus à paucis vinceretur, attraxit, &c.

CAPVT VII.

Vincentij  
Lirineusis  
consilium  
audiendū

**Q**VAE cum ita sint, non te detineat in secta perditionis leuitas & inconstantia multorum à vera & orthodoxa fide ad vestram sectam deficientium, sed audi & sequere doctrinam Vincentij Lirinensis suadentis in hæc verba: In ipsa catholica ecclesia magno-pere curandū est, vt id teneamus, quod vbiq; tenetur. Id autem facimus, si sequemur

DE R  
quemur  
tem vni  
vnam fic  
tota per  
clesia. E  
Christia  
clesiæ pa  
munione  
si vt pest  
nitatem  
Hæc ille  
atque rel  
milia per  
te consen  
non esse  
ca verè ab  
enda sit. S  
tamur) fo  
tur ( nam  
anilem su  
tè sapiun  
prouidi f  
ac senes, h  
na ciuitas  
merabile  
na prouin



DE RETI. FIDE ORT. 187

quemur vniuersitatem. Sequemur autem vniuersitatem hoc modo. Si hanc vnam fidem, veram esse fateamur, quæ tota per orbem terrarum confitetur ecclesia. Et statim: Quid, inquit, faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula, ab vniuersalis fidei cõmunionem præciderit? Quid itaque nisi vt pestifero corruptoque membro, sanitatem vniuersi corporis anteponat? Hæc ille. Porro quia in nostram fidem atque religionem, tot & tanta hominũ milia per orbem totum, vna & pari mente consentiunt, facilè peruidere potes, non esse vanam, sed veracem, quæ unica verè ab omnibus vna mente suscipienda sit. Si enim (vt Lactantij verbis v- Lib. 5. c. 132 tamur) scemininæ sex<sup>o</sup> infirmitate labuntur (nam interdum isti muliebrem & anilem superstitionem vocant) viri certè sapiunt. Si pueri, si adolescentes improvidi sunt per ætatem, maturi certè ac senes, habent stabile iudicium. Si vna ciuitas desipit, cæteræ vtique innumerabiles, stultæ esse non possunt. Si vna prouincia, vna natio, prouidentia caret,

b caret,



IOANN. SLOT. GEF.

caret, cæteras omnes habere intelligentiam recti necesse est. Cum verò ab ortu solis vsque ad occasum, lex diuina suscepta sit, & omnis sexus, omnis ætas, & gens, & regio, vnis ac paribus animis Deo seruiant, eadem sit vbique patientia, idem contemptus mortis, intelligere debuerant, aliquid in ea esse rationis quòd non sine causa vsque ad mortem defendatur, aliquid fundamenti ac soliditatis, quòd eam religionem non tantùm iniurijs ac vexatione non soluat, sed augeat semper, & faciat firmiorem. Hactenus ille. Rectè ergo D. Augustinus contra epistolam Manichæi quam vocant fundamenti scribens, dicit hominem tot ac tantis Christiani nominis charissimis vinculis, teneri credentem in Catholica Ecclesia. Apud hæreticos autem nihil horum esse. Porrò ego quoque vnà cum Diuo Augustino ingenuè fateor, me his atque similibus rationibus teneri in Catholica ecclesia, & tanquã charissimis vinculis constringi, vt non possim ab ea ad vestrã sectam desciscere, in qua nihil horũ (quemad-

mo.

DE  
modum  
istimo)  
quod m  
sonat ve  
si tam m  
bium ve  
est omni  
tholica t  
promitti  
mouebit  
tot ac tan  
onis, nos  
stringit.  
mei fixar  
(Deo an  
vnquam  
tem ac an  
Deus, qu  
conuerfi

CAC  
pro  
tentiam  
que facil  
secta, ad  
siam, se



DE RETI. FIDE. ORT. 188

modum satis iam demonstratum esse existimo) inuenio, nihilque conspicio, quod me inuitet ac alliciat, sed sola personat veritatis pollicitatio, quæ quidē si tam manifestè monstratur, vt in dubium venire non possit, præponenda est omnibus illis rebus, quibus in Catholica teneor. Si autem tantummodo promittitur & nō exhibetur, nemo me mouebit ab ea fide, quæ animum meū tot ac tantis nexibus Christianæ religionis, nostræque doctrinæ atq; fidei adstringit. Habes nunc Cacodoxe, animi mei fixam firmamq; sententiam, à qua (Deo annuente) nemo me dimouebit vnquam. Quam vtinam te quoq; sequentem ac amplexantem viderem. Bone Deus, quantū gaudij mihi pareret tua conuersio atque resipiscentia.

CAPVT VIII.

CACO. Rationibus tuis persuasus propemodū, magna ex parte sententiam meā mutare paratus essem, atque facillè nunc abiecta atque abiurata secta, ad Catholicam transfirem Eccle- Gal. 1  
siam, sed nescio quibus vinculis detinear

b a tinear



IOAN. SLOT. GEF.

Peruersus  
est pudor,  
nolle reuo-  
care quod  
male ad-  
struxeris.

Eccle. 4

psal. 54.  
Num. 16.  
Confusio  
adducens  
peccatum,  
& confusio  
gratiam  
& gloriã.

detinear pudoris ac verecundiæ, qui-  
bus prohibeor doctrinam semel pro-  
fessam damnare. Si enim quæ destruxi,  
iterum hæc reædifico, præuaricatorem  
me esse constituo. ORTHOD. Respõ-  
deat tibi, non ego, sed Diuus Augusti-  
nus epistola 18. ad Vincentium, vbi scri-  
bit in hæc verba: Quid adhuc dubitas  
tenere quod sentis, nisi quia id quod  
non sentis, vel aliquando sensisse, vel  
aliud defendisse confunderis, & dum e-  
rubescis corrigere errorem, non eru-  
bescis permanere in errore, quod vtiq;  
potius erubescendum fuit? Hoc est il-  
lud quod scriptura non tacuit. Est con-  
fusio adducens peccatum, & est confu-  
sio adducens gratiam & gloriam. Con-  
fusio adducit peccatum, cum erubescit  
quisque prauam mutare sententi-  
am, ne aut inconstans putetur, aut diu-  
errasse seipso iudice teneatur. Ita descen-  
dunt in infernum viuentes, id est, suam  
perditionem sentientes, quos Dathan  
& Abyron & Chore, hiatu terræ ab-  
sorpti, tanto antè futuros figurauerunt.  
Confusio autè adducit gratiam & glo-  
riam,

DE  
riam, cu  
iniquit  
mutatu  
niciofa  
ab hom  
tur, ob  
tia: Si er  
iterum  
fum con  
in eos, q  
quam pe  
Paulum  
clesiæ C  
dientes  
aliquan  
Vide qu  
tra epist  
bro 3. co  
cum cap  
le est, à  
culpabil  
quam te  
tare, vt  
aut muta  
de anim  
centium



DE RETI. FIDE ORTH. 189

riam, cum erubescit quisq; de propria iniquitate, & pœnitendo in melius cōmutatur, quod te facere piget, illa perniciofa confusione superatum, ne tibi ab hominib. nescientibus quid loquantur, obijciatur illa apostolica sententia: Si enim quæ destruxi, hæc eadem iterum ædifico, præuaricatorem me ipsum constituo. Quæ si dici posset etiam in eos, qui veritatem correcti prædicāt, quam peruersi oppugnabant, in ipsum Paulum primitus diceretur, in quo Ecclesiæ Christi magnificabant Deum, audientes quòd euangelizaret fidem, quã aliquando vastabat. Hactenus ille ibi. Vide quoque eundem (si libet) lib. 1. cōtra epistolam Parmeniani, cap. 4. Et libro 3. contra Cresconium Grammaticum cap. 3. vbi sic scribit: Sicut laudabile est, à vera sententia non moueri, ita culpabile persistere in falsa, quam nunquam tenere prima laus est, secūda mutare, vt aut ex initio vera permaneat, aut mutata falsa, vera succedat. Et li. 4. de anima & eius origine cap. 24. Vincentium Victorem ab errore (in quo erat)

Gal. 2.

Act. 17.



IOANN. SLOT. GEF.

rat)reuocare cupiens :Maiore, inquit,  
& veriore gloria quisque correctus sua  
confessione reprehenditur, quæ cuius-  
libet errantis ore laudatur. Hæc ille. I-  
mitare proinde exemplum Theodori  
Mopsuesteni, qui (vt refert apud Libe-  
ratum Ioannes Antiochenus Nestorio  
scribens) sine confusione tanquam vir  
fortissimus, suam sententiam retracta-  
uit, & quæ parum prodesse ignorantibus  
videbatur, velociter ad utilitatem  
correxit Ecclesiæ. CAC. Age faciam, &  
posthac tam constantem me exhibebo  
in defensione & propugnatione dog-  
matum Ecclesiæ catholicæ, quàm hæc  
nus fui pertinax in errore. Tuum erit  
Orthodoxe Deum pro me orare, vt  
quod in me cœpisti, perficiat & cõsum-  
met vsque in diem aduentus sui. ORT.  
Quantum ad me attinet, nolim de me  
dubites, sed si quid apud Deum po-  
test miseri peccatoris oratio, senties  
quãta & quàm sincera affectione te sem-  
per sum prosequutus. Tu tantummo-  
do cura, ne tibi ipsi desis, sed cautè am-  
bula, quoniam dies mali sunt, ne te de-  
nuo

DE  
nuo in r  
steriora  
rum ne  
orum, q  
pristino  
posthac  
rum scri  
nes eoru  
mnia hu  
tus pro  
plorabis  
senties, c  
filium m  
Deo, cur  
tuum er  
ram vt p  
sanæ &  
quam ar  
retica



DE RETI. FIDE ORTH. 190

nuo in nassam suam trahant, & fiant posteriora tua deteriora prioribus. Cæterum ne id fiat, separabis te à societate eorum, quorum suasionem fortè posses in pristinos relabi errores, adhærebisque posthac viris orthodoxis, & catholicorum scriptorum libros leges, & conciones eorum diligenter audies, & ante omnia humili corde gratiam sancti spiritus pro illuminatione tui assiduè implorabis. Quæ si sedulò feceris, brevis senties, quàm utile tibi futurum sit consilium meum. CAC. At ego, fauente Deo, curabo ut non vanum sit consiliū tuum erga me futurum, daboque operam ut post hac tam fortiter adhæream sanæ & catholicæ doctrinæ, quàm unquam ante hac pertinaciter adhæsi hæreticæ doctrinæ. ORT. Deus secundet vota tua.

CACO. Amen.

b 4 F.IO-